



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Cap. 1. Character grauis Concionatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)



CHYSOSTOMVS SIVE IDEA.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

P R A E F A T I O .

Satis multa, ut arbitror de vtraque eloquentia diximus, & ipse qui opere pasci videbatur. animus, post variorum sermonum curricula portum querit, in quo suauis, & gloriolus conquiescat: Nullus autem commodius visus est, quam si tuis auspicijs inchoatum, hoc quicquid est operis, (ò merito inter Sanctos eloquentissime, & inter eloquentes sanctissime Ioannes Chrysostome) per tuas laudes absolverem. Quamquam quid dixi? nemo est qui tuarum laudum partem complecti possit, tam angustijs humanae mentis, & eloquentiae limitibus, nisi tu fluminis illius aurei riuulos, qui ex tuo beato pectoro tam feliciter emanarent, praesens, & propitius effuderis. Itaque te ostendam tibi in hac arce coelectis eloquentiae constitutum, non mecum quidem lineamentis, sed tuis coloribus, quos in hanc usque posterratum transfusos ex ceterorum mirabitur eternitas. Habent hoc ab arte nonnunquam luci parietes, vt inducti teatrorio, varijsque picturis collustrati fulgeant, & quod à natura denegatum est nitoris, & gratiae, hoc artis opera consequantur. At vero nobiles marmorei crustae, quas suis ipsa coloribus, & ornamentis naturali rerum parens decorauit, proprijs enitescunt opibus, nec ingenitam pulchritudinem falso quodam gloriae simulachro mentiuuntur. Ita profecto magna illius tuae mentis virtus: in tam illustri loco, in tam nobili præclarissimo-

rum ingeniorum monumento condita est, atque collocata, vt ipsa se suis diuitijs ostenteret, & oratorum potius obruat industram, quam ab oratione mutuatur aliquid noua commendationis.

Tu igitur cœlo recepta Mens hunc postremum laborem, qui ad te ultro decurrat, quia tuus est, in tuam tutelam allere, & viuere operi felicem quam potes coronidem impone.

Character granis concionatoris.

C A P V T I.

ANequam ad virtutes Chrysostomi déueniam, quem instar omnium esse ostendam, visum est aliquotus has sive formas sacrorum oratorum, qui in vario genere floruerunt, commemoratis etiam que virtutibus aduerari solent vitij exponere, quoniam sit rei totius intelligentia. Grauis igitur plerumque talis est. Mente habet excellentiam, & magnarum rerum cogitationibus aggeratam, nihil in eo humile, tractum, demissum, longe est: ab aulicarum assentacionum ingenio, calliditatem, & versatilis in pectoris lubricos flexus auersatur, raro petit, rarius prehenit, rarissime blanditur, numquam adulaatur. In conuictu non est demissus comis, aut vultu sepius renidet, sed plenus maiestatis, sermones infert de rebus magnis, vel si de parvis, & ex-

& exilibus dicat, conuertit ad magna. Vix otiosum quidpiam dixerit, non querit quæ fuerit hoc anno hyems Italæ : an cara-fu-tura sit annona? Quid dicant Scienodromiorum prognostica, futuros ne morbos, aut fœ-nos nocituros imbres pronuncient? Quid noui porteret Gallicus Mercurius, & an se moue-ant Heluetij? Hanc, & similia narrationum genera, quæ apud graves personas putida sunt, naufragant stomacho repudiat, & continuo de rebus diuinis, temperate tamen loquitur. Atque ut est magna auctoritatis, sermones, & mentes hominum, quæ vult rapit, & in omni-ecu non imperio, sed vita atque ingenio do-minatur.

*Viri gra-
uia Econ-
fiantis.
laus.*

In dictis est vera, constans in factis, ad-versus facetus serius, in improbos aperit, ad potentiorum obsequia rigidus, ad diffimulatio-nem parum aptus, ad fomenta cupiditatibus hominum ministranda, numquam flexibili, ad vitia exagitanda ore, & vultu compo-situs. Summum enim putat nefas officio vi-tam anteponere, & viuendi desiderio hone-statem, propter quam vita expetenda est, amittere. Haec præterea totus sibi vel potius ori-gini sua Deo, animum impense colit, in corporis cura parcus est, quam valetudine, non voluptate nictitur, in orationibus creber, multus in vigilijs, magnis semper curis, & co-gitationibus distractus, ad summum in promo-vendo Dei cultu totus.

*Loci: con-
cionum
graves.*

Hæc fermè in priuata vita: In concionibus spirat quam imprefit mortibus maiestatem. Argumentis delectatur: haudi probabilibus, sed plànè firmis, solidis, & quæ sunt æter-na veritatis. Omnium inuentionum semina-rium habet in factis litteris collocatum, rare-peregrinam doctrinam acserit, aut si quid al-tergit, cauet: maximè ostenter, non multa: Grecè dicit, aut Hebraicè, historias, imagi-nes: yūcas, parabolæ, & cætera quæ in huma-niorum litterarum sunt instrumenta, vel valere inebit; vel si quid excedit, contemnendo potius usurpat, quam ostentando. Contra insigues, habet ex Prophetis, Apostolis, sed maximè ex Christi Domini sententijs locos, in quibus vim permagnam facit, hæc expendit, hæc in-ceilat, & quasi malleis cudit, atque imprimi-pectoribus, his venatur animos, his impugnat, & tamquam machinis capit. De mysterijs, vita, factis, verbis, & morte Domini frequentissime loquitur, & magnificenter oratione hæc exaggerat.

In dispositione argumentorum non vult vi-deri Rhetor, de industria tractum, & colloca-tionem obscurat, vt impietū fluere, non curam olero videatur oratio, maiores enim, quam qui minutis schoasticorum præceptis subi-cipiatur, artis suspicionem refutat, habet tamen artificium grande, quod pauci sciunt, sed qui hominis ingenium novere melius animaduer-tunt: Genus dicendi sequitur non verbis volucre, & incitatum, sed pressum, acre, severum, sententij adstrictum. Consulto fugit sensus sculpsos, amabilis, & laetiosos, veinantes figuræ, & delicatorum verborum violas, tum spissos, & productos exitus, tum orationem numerofis legibus circumscriptam ferre non potest, sacrum potius indueret, aut cymbalis personaret, quam se vinciret necessitate sermonis certo quadam timida pueriliter exultantis. At si quæ sunt graves sententiarum figurae, quæ dicentis libertatem exprimant, quæ iudeant, quæ castigent, quæ excentur, has lubentius attripi.

Luctatur crebro cum vitijs, crebrus etiam cum fidei hostibus congregatur, & in hoc di-cendi arguento regnat, docet acutè, pugnat acriter, potentissime conuincit, infestatur ge-nosce, & iuber, & omnia quasi ex triquedo lo-quitur. In gessu sapientia sedator, nisi resali-ter postulet multum tamen se commouere non putat esse gravitatis, quod si his virtutibus sta-tuta quoque corporis procera, & acres oculi, & maiestas incessus, & sparsa iam aliquo tem-poribus canit accedant, naturam dixeris ad cu-mulatam operis perfectionem suisse. Velifica-tam.

Afferuntur Exempla istius gravitatis, & expenduntur.

C A P V T . II.

Multa passim huiusmodi stylò conscripta occurunt in sanctorum Patrum libris, non nomnes tamen in eo dicendi generes pares fuere, sed alii remissius viden-tur habuisse, prout varia cerebant hominum ingenia. Inter Græcos Athanasius maximè *Athanasij* gravis est, cuius vt vita fulgor, sic oratio ful-me extitit, minus itaque floris habet, quam *grauitas*. cæteri, minus olet scholæ delicias, quam Diuus.

Dddd. 3.